



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

De odio contra peccatum mortale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

eam suæ delectioni, quod est auffere  
coronam à Creatore & dare creaturæ,  
quæ est horrenda res.

*De odio contra peccatum mortale.*

Dicit Doct. quidā Catholicus, si omnes intellectus fierent vñus, & omnes linguae coalescerent in vnam, non possent, neque comprehendere, neque sat satis dicere vel explicare odium, quod Deus habet contra peccatum mortale; quod sic probari potest.

1. Quod quis est melior eò magis amat bonum, & odio habet malum: sed Deus infinitæ est bonitatis, infinitè igitur odio habet peccatum.

2. Deus odit peccatum, tanto, quanto odio dignum est, secundum proportionem suæ malitiae, quæ est infinita, cum sit contra Deum, qui est infinitæ Majestatis, infinitè igitur odit.

3. Cum Deus sit infinitæ dignitatis, & peccatum è contra sit infiniti pondoris seu malignitatis, infinito etiā odio dignum est.

4. Deus tantopere illud odit, ut propter peccatum non pepercit etiam proprio filio suo, quia cum pro nobis tradere, & infinito precio sui pretiosissimi sanguinis nos redimeret à peccato,

ato, hoc satis ostēdit ipsius infinitum  
odium contra peccatum.

Illud quoque odium sat superque  
probatur, per flagellum vniuersalis di-  
luij, per ignem, quem pluit super So-  
domam, per gulam Adami, & Euæ, per  
adulterium Dauidis, per superbiam, &  
lapsum angelorum, per inobedientiam  
Saulis, Ananias & Saphiræ; Item Iudæ,  
Nabuchdonosor, & ipsius populi Dei,  
de quo ex sexcentis millibus, duo tan-  
tum ingressi sunt terram promissionis,  
ex his nunc iudica, an ille aliquid cere-  
bri habeat, qui tam facile ac leuiter cō-  
mittit peccatum mortale.

Quis considerando prædicta aude-  
bit vñquam committere peccatum  
mortale? Quis volet lentis edulio ut E-  
saï, hoc est pro momentanea aliqua, &  
vilius delectatione, vendere primo-  
genita sua? id est, cœlestem patriam & se  
perpetuis inferni pœnis ac cruciatibus  
obligare?

Quis intelligens Dei tantum odium  
contra peccatum, vel ad momentum  
in eo perseverare audeat, cum habeat  
pro aduersario tam potentem & iu-  
stum dominum?

Quis in peccato sibi promitteret pa-  
cem, si Deus auctor pacis, contra illud

cō  
tan  
dum

Quis peccatum aliquod commis-  
tens mortale, adeo Deo abominabile &  
ipsius filij morte magis odiosum non co-  
tremiscat semper? Quis in illo existet, vel  
māducare, vel dormire, vel ridere poter-  
it? Pia igitur ac deuota vidua, possit &  
deberet tamen renouare suum prosicū,  
& eligere pōsus mori, quām vel unum  
peccatum mortale committere, idque  
precibus à Deo enixè efflagitare, vt po-  
tiū sibi in mortis, quam in illius pec-  
cati periculum vel discriminem incidere  
permittat. Idem filijs suis ( si quos ha-  
bet ) optabit, sicut quotidie faciebat  
mater S. Ludouici; unum itaq; ex mul-  
tis, quæ vidua ad ungue in feruare tem-  
petur, est hoc, quod iam de peccato  
huc usque datur. Hanc enim do-  
ctrinam non suo tantum cordi, sed &  
filiorum Domesticorum, & omnium  
aliorum mentibus semper inculcateat  
que imprimere conabitur, pro-  
pter multa bona quæ inde se-  
quuntur, prout ex se  
quentibas clarus  
cineat.

BONA